






H6  
276











**ΣΙΒΥΛΛΑΚΩΝ**  
ΧΡΗΣΜΩΝ ΛΟΓΟΙ ΟΚΤΩ.


*SIBYLLINORVM O-*  
*racolorum Libri VII.*  
*Monij S. Ioseph. Coggr. P. Mauri Catal. intropi-*

Addita SEBASTIANI Castalionis  
interpretatione Latina, quæ Græco  
erregione respondeat.

2  
B. 144

Cum Annotationib. XYSTI Betuloi in Græ-  
ca Sibyllina oracula, et SEBASTIANI Ca-  
stalionis in translationem suam: quæ Annota-  
tiones numeris marginalibus si-  
guantur.

Quæ præterea huic editioni ultra priorem ac-  
cesserint, diligens lector ex prefationib.  
& collatione facile de-  
prehendet.



BASILEAE, PER IOAN-  
nem Oporinum.



SEBASTIANVS CÆ  
STALIO DE SECUND A  
hac editione Græca.



Ontulit Marcus Antimachus primam editionem Oporini cum exemplari suo manuscripto, & inde multa emendauit, atq; Oporino misit. Hinc nos in hac secunda editione cor- teximus, quæ certè corrige dauidimus. Quod sicuti dubitari poterat, utra lectio uerior es- set: utramq; reliquimus, & Antimachianā in margine literis Al. quæ indicent alibi sic legi, indicauimus. Atq; eodem modo ex Theophili & Iustino Martyre & Clemente Alexandri- no ( qui citant alicubi Sibyllina ) paucis locis fecimus. Ipsi præterea quæ manifesta errata deprehendimus, plurima correxi- mus, & mul- tis in locis perturbatum ordinem uerborum in integrum restituimus. cuiusmodi est uersus ille in libro primo,

Ἐξ ὅπῃ περιτέλλεται γένεται αὐτὸς, ἔνομα δὲ αὐτῷ.

Quem nos sic restituimus:  
Ἐξ ὅπῃ περιτέλλεται γένεται αὐτὸς, ἔνομα δὲ αὐτῷ  
Et duabus pag. post hunc locū sic legebatur:  
Διάφη γε εἰδών τοι πολὺ αἰδηρόντων.

Cum uersus ratio postulet,

Δέξιον διάλογον αἰδημονίου.

Vbi uero dubitauimus, lectionem quamvis uitiosam non mutauimus, sed coniecturas nostras in margine posuimus, signatas litera F. qua ostendatur, fortassis ita legendum esse. Et quidem id sape fecimus etiam in ijs locis, in quibus coiectura proxemodum certa erat, ut lectori integrum iudicium reclineremus. Cetera que sunt in margine, non sunt Sibyllarum, sed à nobis adiecta, ut essent indica locorum. De Xysti annotationibus ea deuenimus, quæ in margine posuimus, ne bis eadem ponerentur.

5

CLARISS. VIRIS D.D. THO-  
MÆ & Ambrosio Blaureris, germanis fratri-  
bus, alteri Reip. alteri ecclesiæ Constantien-  
sis præsidibus benemeritis, Dominis suis  
coledissimis, Xystus Betulcius  
Augustanus S. D.

**N**EMINISTIS, uiris sanctissimi,  
quantus philophilus noster Bo-  
nifacius Lycosthenes, felici memo-  
ria, extiterit, quamq; polyphilie  
fuerit deditus. Tam fuit ille celestis illius doctoris  
precepti studiosus, ut nihil prius charitate, nihil  
antiquius iuuandi studio haberet: neq; ab hoc of-  
ficio ulla in gratitudine fuit deterritus unquam, ita  
ut suis sepe oribus beneficerit ultrò. Ille inquam  
philophilus, ille mirabilis amicitiarum concilia-  
tor, meritò mihi, nisi ingratus esse uelim, multis ce-  
lebrandas est nominibus: sed hoc maxime, quod ne  
minem, piè saltē doctum, ita solus amauit, aut co-  
luit, quin me uel ex parte aliqua ab ea amicitia hæ-  
rere uoluerit. Sincerus profectò in illo homine  
candor, & singulare diuinae uoluntatis studium.  
Qui cum nos, ut par erat, arctissimo amore com-  
plete retur, se mihi hoc debere arbitratus est, ut  
per occasionem, quam hospitij iure habebat ob-  
latissimam, mihi uestram conciliaret beneuolen-  
tiam, quam hucusque plurimis erga me decla-

6                    **Xysti Betuleij**

rastis argumentis, ita ut absq; ingratitudinis uitio  
facere non possem, quin meum erga uos studium,  
quo tacitè uos habetnus colui, publica aliqua si-  
gnificatione declarem. Et licet hoc ingenij mei  
(quod exiguum admodum esse fateor) monumēto  
non fiat: non ingratum tamen uobis fore arbitror,  
munus hoc, multorum seculorum uetusitate sepul-  
tum, uastro sub nomine in lucem afferi. Non in-  
quam, admittere potui, ut quisquam mortalium  
Sibyllas tot seculis sepultas, hodie renasci prius re-  
sciscat, quam intellexerit, Xystum uestrj nominis  
studiosissimum esse. Diuina prouidentia facili ar-  
bitror, quod ex multis longè optimis ex ueneranda  
uetustate crutis monumētis, hoc ceu primitiæ mi-  
hi contigerūt. Nam cum Lactantij Firmiani, acer-  
rimi illius facūdissimiq; religionis Christianæ ad-  
uersus gentes defensoris, libros de Diuina institu-  
tione ad Constantinum Magnū scriptos, in schola  
mea iuuentuti enarrarem, & libri illi Sibyllinis  
testimonij creberrimis essent conspersi, arbitra-  
bar me non id quod in fabis se reperiisse clamitat,  
nactum. Neg; profectò me spes fecellit. Nam dum  
Lactantiana testimonia cum Sibyllinis *agnoscois*  
confero, animaduerto uanam eorum esse opinio-  
nem, qui credere non potuerunt, Sibyllas quicquā  
de Christo fuisse uaticinatas: ceteras foris ex anu-  
Vergilliana, que Aeneas dux ad inferos fuisse à Po-  
eta fin-

## Epistola.

7

eta fngitur, mentientes. Sed rursus illorum sententia confirmatur optimè, qui quartā eiusdem Maronis Eclogam de Christi aduentu interpretatur, quum de aureo nascientis Christi seculo, de miraculis, de passione, de resurrectione tam certò predixerint, ut maior illis fides etiam de secundo aduentu uaticinibus, meo quidem iudicio, sit habēda meritò. Et si Roma saperet, sese primo quoq; tempore ad pœnitentiam cōuerteret, que iteratò audit: ἐγώ πάντα πόλεις. Imò si toti orbi non leua mens eſet: de alio uiuendi genere cogitaret, diēq; Domini magnum magnis expectationibus exspectaret. Sic prorsus sentio, Deum totius uniuersitatis opificem & administratorē æternam suam uoluntatem, & totam illam fatorum seriem, præser-tim ad salutem mortalium spectantem, sicut Israëlitis per Prophetas ita gentibus per Sibyllas ostendere uoluisse, per idem numen fatidicum. Sibylle siquidem nomenclatio, si modò Lactanijs expositioni creditimus, consilium Dei significat. Quantum autoritatis Augustinus Sibyllinis tribuat oraculis, nemo Theologorum, in patrum modò monumentis uersantium , est, qui nesciat. qui tamen præter Lactanijs, & Erythreæ quædam, in quibus Acrosticha illa, ut opinor, ex Sibyllinis uidit nihil. Non uendico illis Propheticam maiestatem, quam ueneramur in Hebreorū prophetis, Esaias,

8            Xysti Betuleij

Hieremia, & alijs. Sed interim quorundam prophetarum uoces clare expressas distimulare non possumus. An non audimus Zachariam manifeste in his uerfulis,  
Αὐτὸς οὐ βασιλεὺς ἐπιβάς ἐπὶ πᾶλον ἔσθυε,  
Πρῶτος πᾶσι φανεῖ,  
& quae sequuntur? An non prorsus idem cum Osea dicit, hoc uersu:

Ἐκ τοῦ θαυμάτου πούτρου, ὃ ὑπέροπτον εἰς οὐρανὸν ἤξει, etc.  
Quid quod eandem ciuitatem coelestem describit, cuius ἐνφερτος pfectoſa in Apocalypſi legitur. Ergo gentes ad salutem olim uocandæ, non tantū lux men illud habuerūt, quo τὸ γνωγόρ τὸ θεῖον ex creatione, et perenni illa uisibilis mundi administratio ne intelligere potuerunt. Misit benignissimus Deus, & ad ipsas suæ æternæ uoluntatis interpretes, nō furiosas, aut Apollinis alicuius demoniaco spiritu agitatas: sed que diuini alicuius numinis afflatus, magnalia cunctipotentis Dei cecinere. Non inquam illis Enthusiasmus fuit furibundus, id quod uel ex Acrostichis animaduertere est, quibus literis mystica serie positis, iudicium Christi describitur accuratissime. Que cum cæca gentilitas inteligeret minimè, pro insanis fuerunt habitæ. Non dubito quin futuri sint, qui his uaticinijs, licet multis in locis truncatis & mutilis, uel interpretatione, uel enarratione sint lumen aliquod illaturn: ad quod

### Epistola.

9

quod mihi nec oculis satis, nec eruditio nis esse, facile agnosco. Conquisitui ex his ea quae Lactantianæ, ut dixi, enarrationi inseruire uidebantur. Et cum omnino edendi hi ~~Xystus~~ uiderentur, uisus sum mihi lectoribus rem minimè ingratam facere, si illas ipsas Lactantianas collationes adiicerem. Quicquid itaq; illius est, sub uestro, Viri clarissimi, patrocinio in lucem exire uolui. Quare munus hoc æquo animo à uestro cultore suscipite, et Xystum uestrum solita benevolentia complecti pergit.

Valete. Ex Augusta Vindelicorum. 4. Cal.

Nouemb. Anni à Redemptoris na-

tuitate 1544.

SEBASTIANVS CASTA-  
lio, Mauro Musæo, Francisci Galliæ regis  
apud Heluetios legato  
S. D.

**M**O S E S ille diuinus Hebræorum legislator, rationem nobis, Maure Musæe, tradidit, qua ueros uates & alii si dijudicare possumus. Si quis enim apud uos, inquit, aut uates extiterit, aut somniator, qui uobis signum aliquod aut prodigium edat, idq; signū aut prodigium uobis ab illo prædictum euenerit: & tamen idem uos cohortetur ad deos alienos uobisq; ignotos, sequendos, colendosq;, nolitote illius aut uatis orationi, aut somniatoris obtemperare somnio. Tentat enim uos Ioua Deus uester, ut discat an se toto pectore, totoq; animo ametis. Ex his Mosis uerbis perspicuit, eum qui & futura prædicat, & Deum colere, atq; à fabrorum deorum cultu abhorrire doceat, uerum, afflatumq; diuinitùs esse uatem. Quid si ea est Sibylla (cuius hæc nos oracula tractamus) ut & cùm de cæteris omnibus ferè rebus, tum de Christo (ad quem oracula omnia referri debent) ea prædixerit, que mirabiliter ad rē cecidere: & eadem Deum unū colere docuerit; dubitari profectò nō potest, quin ea uerè uates sit. Sed sunt nonnulli, quibus hæc oracula nimis aperta uideantur:

## Epistola.

ii

tur: id eoq; ficta putem ab aliquo Christiano, ad  
pellicēdos genitiles ad Christum, & ad Christianis  
gratificandum. Alij, qui quamvis uera esse fa-  
teamur, negeni tamen his egere Christianos, satis  
ad Christi cognitionem scripsiis Hebreorum mu-  
nitos. Contra quos mihi dicendum ex istimo. I-  
gitur qui nimis aperta putant, faciunt arroganter  
sanè, qui Deo uaticinandi modum prescribam:  
quasi non ei liberum sit, aperte, obscure, apud gē-  
tes, apud Iudeos, futura suo arbitratu prædicere:  
aut quasi non extent in sacris quoq; literis predi-  
ctiones quedam clarissimæ: ut illus qui dicit fo-  
re quendam de stirpe Dauidis, nomine Iosiam,  
qui sit ad aram Beihelensem sacerdotes ipsos im-  
molaturus: ut Esaiæ, qui Cyrum multis annis  
nominauit, quam natus est Cyrus: ut Danielis, qui  
mundi imperia sic descripsit, ut ex re gesta oracu-  
lum sum p̄fisse uideri posuit: & cetera huiusmodi,  
qua sum plurima. Sed fateamur sancti, Sibyllina  
oracula esse clariora. Nō ne qua de Christo gētili  
bus prædicta s. m, ea clariora esse oportuit, quod  
Mose, & cetera disciplina carcebant: qua eis ad  
Christi lumen quasi prælueret: ut quod hic dee-  
rat, id oraculorum perspicuitate compensaretur.  
Accedit eò, quod quemadmodū patet ex Esaiā, uo-  
luit Deus Iudeis obscuriorē cōfide Christiani aduen-  
tum, ut in eū se uirent, atq; ita sus pertinacie p̄ce-  
nas da-

12      *Sebast. Castalonis*

nas darent, quod idem de gentilibus dicere non li-  
cet. *Quia* inquam non debemus hæc oracula ex ea  
qua nūc est, luce existimare. Nam quæ nobis post  
res gestas notissima sunt, ea cum futura prædice-  
rentur, erant obscurissima. Maria, Gabriel, Beth-  
lehem, cum nominantur, omnes quid sit intelligunt.  
At cum hæc tot antè seculis in Græcia à Sibylla di-  
cerentur, quis posset coniucere, quid ea sibi uellent?  
Adde quòd Deus, qui fuit horum tam clarorum  
autor oraculorum, idem uoluit etiam ea multis la-  
tère seculis, nec in uulgi uenire manus, sed à pau-  
cius legi: quod perinde fuit, ac si essent obscu-  
rissima. *Quia* inquam hæc perspicuit, ut cōualet, ut  
uera esse, nō falsa, appareat. Nam si quis ea finxis-  
set, profectò obscuriora de industria fecisset: ut an-  
te rem gestam scripta, & his similia uiderentur,  
qua sunt in literis sacrīs. Quod si hæc ficta sunt,  
quando tandem ficta sunt? Ante Christi tempora?  
an post? Si ante, uera sunt oracula. Post ficta esse  
qui possunt? cum multis autorum testimonij con-  
stet, ea Rom. e afferuata esse usq; à Tarquinij Pri-  
isci temporibus? Semperque Romanos magnis in  
rebus solitos adire libros Sibyllinos? At dicet ali-  
quis, in eis oracula fuisse de Romanis: sed de Chri-  
sto non item. O tergiuersationem. Cur minus enim  
de Christo, quam de Romanis: cuius imperium &  
maiis est, & in florentissima Romanorum tempo-

ra incidit. Quid si ualidis testimonij planum facio, illuc oracula fuisse de Christo? Et apud Ciceronem in secundo de Diuinatione libro, disputatio de carmine Sibyllino, in qua mentio fit de rege appellando, & de illa Acrostichide: quem locum in Annotationibus paulo copiosius explicatur sumus. Atqui extat Acrostichis, in qua est, IE= SVS CHRISTVS DEI FILIVS SER= VATOR, qui in eadem rex appellatur: de qua loqui mihi uidetur Cicero. Quid de Virgilio dicam? qui Eclogam quartam sumpfit ex carmine Cumæ Sibylle (testatur enim se ea dicere de ultima Cumæi carminis etate) quæ Sibylla fuisse uidetur eadem quæ & Erythræa & Persica dicta est, quemadmodum sumus in Annotationibus ostensuri: cuius sunt ea quæ hic in manibus habemus oracula. Atqui in ea Ecloga, ea dicuntur, que non nisi de Christo dici possunt. An uidelicet ea dicebat Virgilius, de nescio quo Pollio's filio, quæ ne de Cæsare quidem (quantumvis assentando) dicere auderet? præsertim cum Pollio's filium nusquam nominet? neque felicitatem illam Pollione patre uenturam dicat, sed consule? Sed esto sane, dixerit illa de Pollio's filio: nesciebat enim de quo scripta essent. At Sibylla de Christo dixerat, quemadmodum nunc editis his oraculis patet, in quibus uidere licet (si quis diligenter legat) quid ex quoq;

## 14 Seb. Castalionis

ex quoq; loco sumperit Virgilius. Ex quo perspi-  
cuum fit, ante Christi etatem fuisse Romæ de i-  
psò oracula. Que cum ita sint non video quod nā  
superst̄ istis effagiū, nisi si hoc dicent: fuisse qui-  
dem Romæ uera de Christo oracula Sibyllæ, sed  
ea intercedisse: hec autem, quæ modò prodie-  
runt, esse suppositiciæ. Virum tandem facilius fuit,  
fingere que non extarem: an inuenire que exta-  
rem: Aut si hæc subditicia sunt, cur non idem de  
sacris omnibus profaniq; literis dicitur: an est ea  
tim in illis omnibus quicquam magis sui autoris  
proprium, quam hic omnia Sibyllæ congruum?  
At serius prodierunt Sibyllæ. Credo: & quidem  
quotidie ueteres publicantur libri, quos non ideo  
factos dicimus, quòd diutius latuerunt. Adeóne ue-  
rò facile est, tale quid ita fingere, ut nusquam ap-  
pareat fucus? Age, interciderunt multi tum Græ-  
corum, tum Latinorum autorum libri. Fingant  
omnes docti aliquem illorum, si possunt, & au-  
tores mentiantur antiquos. Scribāt Menandri co-  
mœdias, aut Ciceronis de Republica libros, aut  
aliquid tale, quod pro uetere emittant. Dicam  
amplius: Conuerit in Latinum sermonem Cicero  
duas orationes Græcas, Aeschinis & Demosthe-  
nis: quæ uersio interijt, Græcis adhuc extatibus.  
Conuerant eas iterum, si possunt, ita, ut ipsius  
Ciceronis interpretatio eſe uideatur. Quòd si nō  
modo

## Epistola.

15

modo hoc, sed nec locos in Ciceronis operibus  
deprauatos probabiliter emendare, aut supplerere  
possunt, cum tamen tot homines docti tam diu in  
eam re summis studijs elaborent: quid fieri posse  
cersemus in oraculis Sibyllarum in quibus etiam intelligendis multum sudandum nobis est: quorum ea ma-  
iestas orationis, atque ornatus est, ut etiam si res in  
promptu foret, tam uix inueniri posset, qui ora-  
tionem tam feliciter cōponeret: rursum tanta re-  
rum diueritas, copia, in nonnullis etiam obscuritas  
est, ut si nulus eloquendi labor sit, nemo tamē  
tam multa discere, & ea sic effari possit, ut nō ap-  
pareat facile mendaciū. Oportet enim eū qui hoc  
prestaturus sit, omnia didicisse, omnesq; autores,  
qui de Sibyllis aliquid dixerunt, diligenter euol-  
uisse, ut probabiliter metiri possit: adeo ut nō pau-  
lo facilius esse ducā uaticinari, quam talia finge-  
re. Præterea cur hic tā multi sunt deprauati loci?  
tam multi ex quibus nulla potest elicī sententia? tā  
multi mutilati, perturbati, confusi: quam omnia sunt  
corrupti uetusitate libri argumenta. Cur etiam  
quaē à Lactantio & Theophilo citantur, alicubi  
aliter hic quam apud illos leguntur? Cur qui fin-  
xit, non illinc sumpsit, quaē inde peti poterant? An  
hoc fecit, ut nobis suum probaret mendacium?  
Potest ne mendacium probabilius esse, quam ue-  
rum? O magna uis ueritatis. Potest ne aliquid  
esse in-

## 16 Seb. Castalionis

esse in ueris oraculis, quod non sit in his? Quod si  
est, aut hæc uera esse fateamur: aut omnia quæ us-  
quam sunt, scripta, in dubium uocemus. Quando  
autem post Lactantium singi potuerunt: nam ante  
Lactantium ficta nemo dicit, cum ea ille Romæ  
legerit, ubi admitti ficta nunquam potuissent. Fi-  
cta sunt credo, per illa tam barbara secula, qui  
bus Græce lingue elementa nouisse promiracu-  
lo habebatur: cum ea, si singi potuissent, non nisi à  
doctissimo potuissent. Quid igitur? An ficta sunt  
paulo supra nostram etatem? cum literæ in Italia  
à Valla, Sipontino, Politiano, Pico, Gaza, &c cetera  
ris excitatae sunt? Cur non statim edebantur? cur  
nunc demum prodierunt? Quid si planum facio  
testibus fide dignis, uertuta esse hæc? an dicent, te-  
stes esse falsos? Sed refellant eos, si possunt: ego tamen  
men citabo. Volo enim ut intelligent homines, una  
de nam hæc oracula prodierint, & ubi manuscri-  
pta extant. Nam ex ipse principiò hoc scire cupijs,  
& in non paucos incidi, qui eadem interrogarent.  
Igitur cum super hac rescriptissim ad Xystum Be-  
tulicum, qui apud Augustam Vindelicorum bo-  
nas literas docet, cuiusq; opera peruenit Sibyllæ  
Græcum exemplar ad Ioannem Oporinum, à quo  
impresum est, rescriptis ille mibi in hæc uerba? Quæ  
ris ubi nactus sum exemplū, nactus sum in bibliothè-  
ca nostra, inter libros nup̄ à magistratu nostro Ve-  
netijs

netis à Greco quodam emptos. Archetypus (unde sedulò transcribi curauit) recens est: eleganter quidem, & splendide, sed (ut uides) parum orthographice scriptus. nam contuli religiose: nolui tamquam quicquam in his temere agere. Sed malui uel mendosum in lucem edere, & medicis submittere manibus, quam committere ut diutius lateat. Hæc ille. Præterea est Ferrarie in Italia M. Antonius Antimachus, uir rare doctrinæ, qui uetus habet exemplar: quod cum hoc, quod ab Oporino excusum est, contulit, & emendationem (nam multos locos ex collatione correxit) Oporino misit: qua ego in transferendo usus sum. Habet & aliud exemplar (sicuti nos ex amico quodam fidelissimo intelleximus) quidam nomine Ranconetus in Gallia: qui tibi, Maure Musæ, notus est: qui uellem imitaretur Antimachum, impressumq; exemplar cum suo conferret, & Oporino mitteret emendationem. Atq; hos ego testes fide dignos, ex tribus diuersis terrarum regionib. produco, eosq; (ut spero) adhuc uiuentes: quos, si mentirer, mei mendacij testes adhibere neq; possem, neq; uellem. Et fortasse noluerint se nominari. Sed quemadmodū si litigarem, eis testimonium denunciarem, quib. notares eset: ita hic eorum uti testimonio non dubitavi, presertim in re non parua. Iam uero qui negant opus esse Sibyllinis, quoniam extens he-

## 18 Seb. Castalionis

braica, inepte faciunt. Quid enim tam absurdum est, quam, in philosophia, in grammaticis, in arte dicendi, in poetica, nulla posse librorum multitudine satiari: in oraculis de Seruatore nostro, tam cito nauicare? Ego uero et Balaami, et Sibyllarum, et Iosephi de Christo testimonij non mediocriter delector: putoque his non solum Christianos confirmari, sed etiam externos allici posse, atque conuinci, tanquam productis ex ipsorum intimo penetrali testibus. Haec igitur oracula Sibyllae (quae sicuti satis ostendimus, et sicut omnes aequi iudices facile confitebuntur, uera sunt) à nobis in Latinum sermonem conuersa, tibi optime Maure, dedicare uisum est, cum ob tuam singularem erga omnes pios et literatos, et erga me benevolentiam, et liberalitatem: tum quia hoc studiorum genus non solum fous, sed tractas et ipse non infeliciter. Secutus sum autem eam in uertendo rationem, ut sententiae nihil neque adderem, neque detraherem: adeo ut si oratione soluta uertissim, magis sententiam exprimeret uix potuerim. Reminieram enim, si uerbis ludiendum est, alibi ludere fas esse: in hoc quidem scripti genere, ut sacro, religiose incedendum esse. Itaque malui alicubi durior esse, quam uerbis longius effiri. Sed scito, in hoc libro (scilicet in tam ueteri, totaque seculis abdito fuit, accidere necesse) multos esse locos corruptos, multos mutilos, multos confusos

fusos & perturbatos, adeò ut in uertendo plerunque non haberem quod sequerer, uidererque mibi uere Sibylle folia tractare. Igitur quos potui locos emendaui: fuerunt autem non pauci, qui, cum iterum græcè edentur, Deo uolente, ostendentur. Quos autem corrigere non potui, hossì quo constabant uerborum ordine grammatico, penè ad uerbum uerti: ideoque durius, ut libera sit in latino quoque coniectura. Confusa & obscura, sicut erant, reliqui. In quibus autem negi; uerba negi; sententiæ constabant, ea aut oratione soluta reddidi ad uerbum: aut etiam græca reliqui, donec emendatiu*m* inueniatur exemplar: quemadmodum qui in nocte ambulant, suspendunt gressum, donec uiuam exorta luce uideant. Ergo inter legendum cum ea occurant, quæ non intelligentur: aut cum ea legentur, in quibus tibi à gallo ad asinum (ut habet Gallicum prouerbium) salire uidearis, noli in me culam reiçere, qui interpres cum sim, ea reddo quæ scripta sunt, & quæ possunt intelligi: sed in uetus statem, quæ, iuuante barbarie, corrumpit omnia. Verum fungito, ea sola quæ incorrupta sunt (quæ sane & plurima sunt, & optima) hic imesse: & his ea compēsato, quæ sunt uitiata: ita fieri, ut nihil habeas nisi integrum. Ceterū de genere Sibyllæ (nā & hoc fortassis expectes) cognoscet ipse in ealengenda, & nos in Annotationibus nonnihil dice-

20           Sebast.Cast.Epist.

mus. Scripsimus enim Annotationes, quibus nonnullos locos aperiremus: que si uidebuntur ieiuniores, et pauciores, memineris nos neq; ea que facilita sunt, debuisse: neq; ea que no intelligimus, explicare potuisse. Interea boni consule hoc, et tue erga me beneficentie, et mea erga te benevolentiae monumentum: et hoc coelestium Musarum studii, ut ingenio et nomine tuo dignum est (Musseus enim uocaris) souere et defendere persevera.

Vale. Basileæ, mense Maio: Anno Domini  
millesimo quingentesimo quadrage-  
simo sexto.

## ΑΝΤΙΜΑΧΟΥ

ΕΙΣ ΙΑΝΟΝ ΤΟΝ ΟΠΩΡΙΝΟΝ  
πρὶ τοῖς παντακάρη χρησιμῷ πάντες  
τιναγέται πεπενήσαμεν.

**X** Ρησμοὶ σφάλματ' ἔχοσιν αἰθέσφατα, τός με  
ἐπιμῆτας.

Οὐκ ὁρθὸς δὲ ἐτυχεῖν τότε ἀρέτην αὐτογάραφο.  
Σφάλματα ἐμπαθεῖ ἔχοντες πιστεύσας οἴηνται λαλῶ  
Νῦν σοί, ὄφρα τάλιμη τόσδετυποινι εἴθελης.  
Σοῦ χαρίης αὖτοις τόσοντονορ αἴσμενος ἔχοντο  
κακοῖν εὐταῦροις ἥρα πορτών φιλήν.  
Ηρκε φέρων λογίσις, λεγχαρισμόνος οὐτέμοις ἔτοι  
Μέχθος, εἰσὶν διόξῃ ἄξιος σὺλογίην.

## IN SIB YLLAS, XYSTI BETVLEII.

Διαθεῖ βυλὴ μεγάλου, νοερήτε Σιβύλλα,  
Εξερῆσις ιραδίνης πνοῦμα τὸ ἀστικόν,  
Εμγαζετονοῦμα θεῦ χρησμοῖς τύθεσι Σιβύλλα,  
Καὶ τὸ προφήτειας, οὐ λόγος ἕρανέθει.  
Ωσπέρ χ' ἑβραίος αὐδόμοις προλέγοντο προφήται,  
Εθνεσερώς προλέγεια δέγμα Σιβύλλα θεῦ.

b 3 M A P.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΙΜΑΧΟΥ ΠΡΟ-  
σίμου εἰς τὸν Σεβυλλιακὸν  
χρηστὸν.



I τὸ περὶ τοῦ αὐτάγνωστοῦ Ἰωρ ἐλ-  
λινιεῖν χραφῶν ἐπιστολὴν, πολ-  
λεὺς τοῖς ἐνέδοις τοῦ ὀφέλου  
αποργάνωται, ἀτε πολυμαθέος  
τὸν πορὶ ταῦτα πενήσαντας ἐ-  
τελέσκει πολυμανον τολμῷ μᾶλλον πορὶ τὰς θε-  
ας χραφάς, ἀτι περὶ θεῶν τῶν ὀφέλουν προξε-  
νύντων, πυλότας τὸν φρονειότας προσόντας χρ-  
λάζειν πυλαντὸς, πεπλουν ἐπείθεν τὸ λέρος  
κειρολαύνοντας, ἕως τὸ τέλος τὸν σύντυχαντας  
ἀρελάρην πυλαντόν, ἔδυε τύνων διατέτροικον,  
τὸν ἐπιπλεγμένον χρηστούντας παράδειν ὁμοιόμε-  
νος λεκινού μονάδας, τὸν τάτων αὐτάγνωστον λεκινόν  
ἐπιγραφούντας, εἰς μίαν συνάφειαν λεκινόν αἴρον-  
ταν ἐνθεῖδαι τὸν λέγον, ὃς αὐτὸν συσυντοῖτο τοῖς αὐτα-  
γνάστινοντο τὸντες, τοὺς ἐξ αὐτῶν ὀφέλουν τότοις  
ἐπιβραβεύωσιν. Ὡν ὀλίγατῷρ αὐτούλακαν λεκινούν  
τοιμαν δηλουντες, λεκινούντες τοιμαντες ἄμα λεκι-  
νούντες τοιμαντες, λεκινούντες τοιμαντες ἄμα λεκι-

MARCI ANTIMA-  
CHI PRAEFATIO IN SI-  
byllina Oracula.

**S**I Grecorū scriptorum lecio  
multā affert utilitatem, quip  
pe quā multarum rerum pe-  
ritos efficiat eos qui circa ea  
elaborant: multo magis con-  
uenit eos qui sapiunt, assiduam operam nauare  
diuinis literis, in quibus de Deo & de ijs que ad  
dominis salutem perimeant, agatur: cum hinc  
geminum lucrum consequantur, quo & se-  
psos & altos iuware possunt. Hac de causa  
uisum est mihi, de Sibyllinis oraculis (in qui-  
bus ea quae dixi continentur) summatum & in  
uniuersum differere (quoniam ea alioqui spar-  
sa extant, atq; confusa) ut lectoribus ad intelli-  
gendum faciliora sint, atq; ita faciliorem eis u-  
tilitatem pariant. Declarant enim non pauca  
necessaria atq; utilia, & excellentius magis q;  
uarium opus efficiunt. Nam & de patre, filio,  
& spiritu sancto (que diuina est, autorq; uita  
trinitas) aperte loquuntur. Itemq; de acta in car-  
ne uita domini Dicij; et seruatois nostri IE-  
S V CHRISTI, uidelicet de eius ex alma uir-

gime generatione, de morborū sanationib. itēq; de uiuifco eius supplicio, de resurrectiōe à mortuis post tridū, et de futuro iudicio, ac remuneratione eorum quæ nostrūm quisq; fecerit in hac uita. Preterea quæ in Mosaicis scriptis uatumq; libris habentur, deq; mundi creatione, hominis formatione, et ex paradiso ejectione, et porrò recreatione: de his inquam rebus explicatè scribitur in his oraculis. in ijsq; et praeterita dicuntur, et futura uarie prænuntian-  
tur: atq; ut simpliciter dicam, lectores non parum iuuare possunt.

Lact. lib. 1. Fuerunt autem Sibyllæ (ut multi scripserunt) cap. 6. & de diuersis et locis et temporibus, numero dea Ira Dei ca. cem. estq; huius verbi ea notio, ut sit idem Sibyl la, quod uates. unde et uno nomine, foeminae uates appellatae sunt. Prima fuit Chaldaea, sive Persica, quæ proprio nomine Sambetha est nūcupata, de genere beati Noe: quæ quidem Alexandri Macedonis gesta prædictissæ fertur. facitq; eius non obiter mentionem, qui uitam conscripsit Alexandri. Secunda Sibylla fuit Libyssa, cuius meminit Euripides in Prologo Lamiae. Tertia Delphica, quæ Delphis nata est: de qua locutus est Cbryssippus in libro de Diuinitate. Quarta fuit Italica, in finibus Italie: cuius filius fuit Euander, is qui

θείν φημὶ ἀρσῖται γεννήσεως, λαὶ τὸν παῖδα ἀντοῦ  
γελεθεσθῶν οὐκέτι μάνης τῆς γνωστού τοῦτον αὐτὸν  
γένεται ἐν νεοργῷ τελειμέρᾳ ἐγέρεται, λαὶ τῆς μελ-  
λόσης γενέθλαι λεγομένων ἡ αὔταποδόσεως, ὥρα δὲ τῇ  
βίᾳ τότε τῷ ἐπισάξιμῳ ἀπαντεῖ, πρὸς τύποις, τὰ δὲ  
ταῖς μαστικᾶς χραφάσι, λαὶ ταῖς τῷρ προφήτων βέ-  
βλοις αὐλάρμινα. πορί τε τῆς λεσμοῦντος οὐσίσεως τῆς  
τῆς αὐλήρωπτη πλάσεως, οὐκέτιώσεως τὸ παραστάσια,  
λαὶ αὐτοῖς αὐταπλάσεως, τραχυῖς μικλαριβαίνοσσι.  
περὶ τινῶν γεγονότων, οὐκέτι τῶν γεννησομένων  
ποιητῶν προλέγονται, λαὶ απτλᾶς ἀπέν, οὐ μηρῶς  
τὰς σύντυχαριόντας ἀφελέτην σκέψανται. Σίβυλλα  
τούντων, ὡς πολλοὶ ἔχανται, γεγόνασσιν σὺν θεαφό-  
ροις τόποις λαὶ χρόνοις, τὸρ αἱριθμὸν μένα. Σίβυλλα  
δὲ ρωμαῖνόν τοῖς λέξις, ἐρμηνευομένην προφῆτις, ἡγουμ-  
μαντεῖς, θεοὶ σὺν ὄντοματε, λαὶ θύλαιαι μαντίδες  
κανομάδισται. πρότην ἔμ, οὐ χαλεπάσια, ἡγουμενὸν πορ-  
στις, οὐ λυγίων οὐδόματι λαλουμένη Σαμβύθη, ἐπ τοῦ  
γενέτας δοκεῖ τὸ μαντεριστέα Νῶ, οὐ τὰ κατά Αλέ-  
ξανδρορ τὴν μανεδόνα λεγομένην προειρηνοῖσι,  
οὐ μηνημονοῦντι ιπανῶν ὁ τὸν αἰλεξανδρεῖον βίον ιστο-  
ρήσας. Διενέργεια Σίβυλλα, οὐκέτι μηνύμενον ἐποιήσασθε Εὐ-  
ειπίδην, σὺν τῷ προλόγῳ τῆς λαμίνης. τέττυ θελ-  
φίς, οὐκέτι μελφοῖς τεχθεῖσαι πορί τοῦ εἶπε χρύσιπ-  
πος σὺν τῷ περὶ θεότητος βιβλίῳ. τελέσθη, οὐταλι-  
πέ, οὐκέτι μερίσειται λαλίας, λεγός ἐγ σύζητο Εὔανδρεος,

ἢ τὸ σὺν ρώμῃ τῷ πανὸς ισθόν, τὸ καλέμισυο μλάπτερον, εἰσιας, πεμπτη, ἡ δρυθροία, ἡ λεῖα πιεζτὸς τρωΐας προεργυής τωλέμια, περὶ οὗ ἀπολόδωρος ὁ ἐρυθρόπος Διαβεβαῖται, ἐισηλι σαμία, ἡ νυρίψ αὐόμαχτη παλαιμένη φυῖώ, περὶ οὗ ἐγράψεν ἐραϊσαδένης, ἐβδόμη, ἡ νυμάια, ἡ λιγομεσύη ἀμάλθεια, ἡ ηγροφειλικαφάτισι ἡ ταχραξανδρεα, βιργίλιος δὲ τὸν νυμακαρ, διηφόβην παλαι· γλάνια θυγατέρων, σύλλογον ἐλεσσοῦσι, ἢ γέχεισα σὺ νάμη μασρισω, περὶ τὸν πολιχνίν γρυγίσινα, ἡ τὸν σύνορας ποὺς τριψάδος ἵτυγχανεμ, σὺ ναυροῖς σόλωνος ηγέρε, ἀς ἐγράψερ ἥραπλεισιος ποντίνος, ἐννέατην ἡ φυγήν. δεκάτη, ἡ τιβρογία, ὀνέματηι αἴσιαία, φασὶ δὲ, ὡς ἡ νυμάια, σύνει βιβλία γρηνομῶρ ιδίωμα προσειόμισε ταρπνίων πρίσκω, τῷ τεινικαῦ, ἡ βασιλάσνοι, τῷ μὲν φωμαῖ-νῶμ πρεγμάτωρ, τριποσίες φιλιππαῖς ίπτερ αὐτῶν γιγτόσκοα, παταφρονιθεῖσα δὲ, καὶ δῆς δρωθεῖσα τίνα ἐστι τὰ σὺν αὐτοῖς περιχόμενα, πυρὶ παρέδωκεν ἐξ αὐτῶν Τέλα, αὐθις τε σὺν ἐπέρεψ προσδιώ τὸ βασιλέως, προσήνεγκεταῖς βιβλία, τὸν αὐτὸρ δὲ ποὺ ἐπεζήσασα, δύναξιν αἴσιαθεῖσα δὲ λόγος, πάλιν ἡ καυσιμ ἀλλατέμια. ἔτα εἰς τέλτου αὐτοφρονιθεῖσα τὰ πειλειφθεύτα τείκ προσηλθεν, αἴσιον τὸ αὐτὸν τείκικα, λέγοντας εἰ μὴ λέβοι, πολειρίδης αὐτῶν, τότε, φασὶ, ὁ βασιλοὺς σύντυχωρ αὐτοῖς, καὶ θωμάσσας, ἐλωνε μργν ὑπέρ αὐτῶν, ἐναέρι φιλιππαῖς, καὶ ἴνομίσασι αὐτά, παρεκάλει δὲ περὶ τῶν ἀλλωρ.

qui Rome Panis fanum, Lupercum appellatum, condidit. Quinta Erythrea, ea que Trojanum bellum predixit, de qua Apollodorus Erythreus affuerat. Sexta Samia, que proprio nomine uocatur Phyto, de qua scripsit Eratosthenes. Septima Cumaea, que dicitur Amalthea, eademq; Erophila, à nonnullis Paraxandra. Virgilius Cumæam Deiphoben appellat, Glauci filiam. Octava Helleponia, nata in pago Marmiso, apud oppidulum Gergitionem, quod fuit olim in finibus Troadis, temporibus Solonis & Cyri, sicuti scripsit Heraclides Ponticus. Nona Phrygia. Decima Tiburtina, nomine Albunea. Tradunt, Cumæam attulisse oraculorum furorum libros nouem Tarbro primo, quinio Prisco, qui tum Rome regnabat, et cap. 19.

pro ijs trecentos Philippo petijisse. Cumq; temptata fuisset, et ne quidē interrogata, que nā esset que in illis cotineretur, cremauit igni tres ex illis libris. Ac rursus in alio cōgressu regi sex libros obtulit, idē precium postulans. Cūq; rursum defectui habita fuisset, cōbusit alios tres. Deinde tertio reliquos tres afferens, regem adit, idem precium petens: seq; eos quoq; crematuram dicens, nisi ille emisset. Tunc rex illos leagit: et admiratus, dedit pro eis centum Philippo, eosq; abstulit. Interrogauit etiam de alijs.

alijs. Illa renunciauit, se neque habere similes  
 eorum qui combusti fuissent, neq; quicquam ea.  
 rum rerum scire sine diuina permotione. non=  
 nunquam etiam nonnullos ex diuersis urbibus  
 ex locis exceperisse, que sibi necessaria ex con=  
 ducibilia putassent, ea esse colligenda : id quod  
 etiam quamprimum factum est. Quod enum=  
 uerè diuinitus datum erat, id in abdito positum  
 non latuit. Omnia autem Sibyllarum libri  
 repositi fuerūt in Capitolio prisca Romæ, Cu=  
 mæ Sibylæ libris abditis, nec in uulgo prola=  
 tis : quoniam que in Italia euentura forent, ea  
 ibi magis propriè ex aperte effirrentur. Alij  
 fuerūt omnibus cogniti. Sed qui Erythræe in=  
 scribuntur, habet hoc à loco nomen, à quo lo=  
 co fuit ipsa nuncupata. Alij titulum autoris non  
 habent, sed indistincti sunt. Lactantius quidem,  
 qui fuit non uulgaris philosophus ex sacerdos  
 illius quod dixi Capitolijs, in Christum aeternum  
 lumē nostrum intuitus, in suis operib. exposuit  
 Sibyllarū dicta, de ineffabili gloria : errorisq;  
 Græci imperitiam ualide confutauit, oratione  
 Latina ille quidem, sed Sibyllinis uersibus Græ=  
 calingua citatis. Ac ne cui hoc falsum uidea=  
 tur, eius testimonium adducam, quod sic ha=  
 bet. Enim uero que apud nos extant Sibyl=  
 linea,

λωρ. αὐτῆς δέ ἀπαγγελάσης, μήτε τὰ ίσα τῷρ εἴρ-  
πηνδούτεωρ ἔχει, μή τέ τι δίχα σύθεσιασμός τοι εἴ-  
Τουράσιον καὶ ἔδ’ ὅτι δέτινας εἰς διαφόρωρ πόλεων  
καὶ χωρίων ἐξειληφόται τὰ νομιδούτα αὐτοῖς ἀτ-  
τυχηκαὶ παῖς ἐπωφελῆ, καὶ δέιν εἴς αὐτὸρ συναγω-  
γέλιν ποιήσαδε, τῦτο τάχιστα καὶ πεποιήσασι.  
τὸ γαρ ἐν θεῖ λοθέριος ἀλιθῶς μυχῶνει μεριμνοῦ δικε-  
ἔλαθε. πασῶν δὲ τὸ Σιβύλλαρ τὰ βιβλία, ἀπετεθη-  
σαρ σὺντῷ παπιτωλίῳ φάμιν τῆς πρεσβύτερας τῶν  
μεν τῆς ιηματίας πατζαριβούσιον, καὶ διαδιεθεῖ  
τινας εἰς πολλὰς ἐπειδὴ τὰ συμβιβούμενα σὺν ιταλίᾳ,  
ἰδικάτορα, καὶ τρανότερορ αὐτεώνυμος· τῷντες δὲ  
λωρ. γνωδούτωρ ἀπασιν. ἀλλὰ τὰ μὴν τῆς δρυ-  
θροίας προγεγραμματίν, ἔχει τότο ἀπὸ τῆς χωρίου  
ἐπιπεντλημάνον αὐτῇ ὄνομα, τὰ δέ γε ἀπλα, διη ἐπι-  
γράφονται ποικιλοῖς εἰστιν, ἀδιαέπειτα δὲ παθέ-  
ταινε. Φιρμανιὸς τοίνυν δὲν ἀθάνατος φιλόσοφος  
καὶ οὗτος τὸ προλεχθεόντος πατωτιώλιγ γενόμενος,  
πρὸς τὸ οἰκεῖον ἡ μώρη φῶς τὸν Χριστὸν βλέψας σὺν  
ἰδίοις πανύμασι, τὰ εἰρημεῖτα τοῖς Σιβύλλασι περὶ  
τῆς αὔρητου δίξης παρέθηκε, καὶ τὸν ἀλογίαυτῆς  
ἐλαττινῆς πλαύντις λινοῦτῆς ἀπύλεγε. καὶ οἱ μὴν αὐ-  
τοῦ σύγενος ἐβήγκασι, τῇ αὐτονίᾳ γλώττῃ. οἱ δὲ σε-  
βαλλιαποὶ σύχοι ἐπάδει φωνῇ ἐξηνέχθησαρ. ἵνα δὲ  
τῦτο μὲν ἀπίστοι φάνηται, μαρτυρέμεν τῷ προεμνη-  
μονούθεοντος αὐτῷρος παρέξομαι, ἔχεσσαρ τόνδε τὸρ  
τρέπομ. Επεὶ οὖν τὰ παρ’ ἡμῖν σὺν εἰσπόμενα σιβύλ-

λικέναι, ἐ μόνον ὡς σύνπόρεια τοῖς νοσῶσι γάλακτινωσ  
σὲ πατερφροντά ἵστι (τὰ γαρ οὐδίνα, τίμια δοῦ)

ἀλλὰ παὶς παύτωμ τῷ σέχωρ μὴ σωζότωρ τὸν  
αποβίτειρ τῷ μέτρου, αργεῖσθαι ἔχει τὸν πίστιν. αἱ-  
τία δὲ τῷρ ταχυγράφων, ἐ συμφωναντων τῷ φύ-  
μη τῷ λόγου, οὐ πάλισθαι γονοιςένωμ, ἐ τὸν  
προφήτειος, ἀμαγαρτῇ επιπνέειστεπαῦο οὐ τῷρ  
λεχθεῖτωμ μνήμην. πρέστι οὐ πάλισθαι βλέψας  
ἔφη, στις πατορθώσουσι πολλὰ παὶ μεγάλα πράγ-  
ματα, μηδέρ εἰδότες ἦν δέγουσι, οὐ μέσις διῆ τῷρ  
πομιδεῖτωμ ἐμ φώμη ὑπὸ τῷρ πρέσθεων, ὅσα δι-  
νατόμ παραβίσσουμον. ἐξηγήσατο τοῖνυν πε-  
ει τῷρ ανάργχον θεῖς τάδε.

Αυθεω-

tina, ea non solum tamquam utilia contennuntur. Hunc locum  
 ab ijs qui Græca supra modum sufficiunt (quo quia in La-  
 niam que rara sunt, preciosa uidetur) uerum estantio nō  
 tiam quia non omnes uersus retinent numerorum inuenimus,  
 exactos modos, minus fidei inueniunt. In cau de Græco  
 sa sunt notarij, qui sermonis rapiditatem asse Antimachij  
 qui nequierint, aut etiā in docti fuerint: nō ipsi conuerteri  
 us uatis, cuius una cū inspiratione, cessaret effa-  
 torum recordatio. Atque hanc ob causam dixit  
 Plato, uates multas magnasq; res componere, nō  
 bil scientes eorum que dicant. Nos igitur ex ijs  
 que Romanam à legatis allata sunt, que poteris  
 mus adducemus. Igitur deo, qui princi-  
 cipio carcat, sic effata est.

Mortales

# SIBYLLINA ORA=

## CVLA.

Hoc principium sumptuosus ex Theophilo,  
sexti Antiochenensis ecclesiæ episcopo, qui  
sic scribit: Sibylla, quæ cum apud ceteras  
nationes, tum apud Grecos fuit vates, in  
principio sua uaticinationis, homi-  
num genus ita obiurgat:

SIBYLLAE LIBER PRIMVS. DE  
Deo, qui principio caret.



Ortales homines, uilissima corpo-  
ra carnis,  
Cur uos effertis, neq; finem cernitis  
et qui?

**D**e Deo. Non tremitis, summumq; Deū (quo præside statis)  
Non formidatis, qui conspicit omnia testis,  
Conditor omnia qui nutrit, cunctisq; suauem  
Indidit afflatum, mortales qui regat omnes,  
Vnus qui solus regnat Deus, atq; supremus,  
Omnipotens, nunquam genitus, qui conspicit ipse  
Omnia, mortali non affectabilis ulli.  
Corpores oculis etenim quis cernere uerum,  
Aeternumq; Deum poscit, coelumq; colentem?  
Cum neq; splendentis radiantia lumina solis  
Sustineant homines mortales cernere contrâ.  
Hunc colite, huc unū, qui solus regnat in orbe,

Qui

ΟΙ ΤΗΣ ΣΙΒΥΛΛΑΣ  
ΧΡΗΣΜΟΙ.

ΣΙΒΥΛΛΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Α. ΠΕ-  
εὶ τῷ ἀναρχούσι.



Νθρωποι βυντοὶ λικὶ σαρ-  
κινοὶ, δέδην ἐφύτες,  
Γάστρας ταχέως ἄνθειοιδεῖ, βίου  
τέλος οὐκ ἔσοράντες;  
Οὐ τρέμετε, δὲδὲ φοβόδε  
θεῖμον τὸν ἐπίσηνοπορ ν-  
μᾶν

Υψησομενούσιν πανεπίστημα, μαρτυρα παντων,  
Γαγγίστροφον, πίσιλα, ὃς εἰς γλυκὺν πνεῦμαν ἀπίκαστο;  
Κάτιθετο, χάνγοτῆρα δρῦν παλτων εἴπεισσεν,  
Εἰς θεός, ὃς μόνος αρχεῖ ὑπερμεγέθινος, ἀγανήπησος, 3  
Παντογάτωρ, ἀσφατος, δρῶμοι μόνοις αὐτὸς ἀπαντᾷ,  
Αυτὸς δὲ βλέπεται θυμῆην ὑπὸ σαρπὸς ἀπάστη.  
Τίς γαρ σαρκὶ λικαται τὸν ἐπιγράμμιον λικὴν αἰλυθῆ 4  
Οφθαλμοῖσιν ιδεῖν θεῖρον σύμβροτον, ὃς πόλον οἰητε;  
Αλλὰ δὲ διπλίων πατοναντίον πεδίοιο  
Ανθρωποι σιληνοὶ διώνται, βυντοὶ γεγανῶτες  
Ἄνδρες, εἰς τύεσι φλεβεis λικὶ σαρκίνες ἐφύτες,  
Αντρούτορ μόνον ὄντα σέβεδον ἱρήταρα κόσμοι, 5

Ος μόνος εἰς αἰώνα λαὶ ἐξ αἰώνων ἐτέλεθη,  
 Αὐτογενής, ἀγενήτος, ἀπαντάνυκτός τοι πακαγῆστρ,  
 Πᾶσι βροτοῖσιν εὐλόγον, τὸ μετέπειρον σὺ φάει ποιῶ,  
 Τῆς πανοβολοσύνης ἢ τὸν ἀξιον ἔξετε μισθόν,  
 Οτί τοι θεόμη προλιπόντες ἀλιθινόν, ἀσναχέρτε,  
 Δοξάζουν, αὐτῷ τε θύσην ἴδρας ἐνατέμας,  
 Δαιμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε, τοῖσιρ εἰς ἄλλον.  
 Τύφῳ λαὶ μανίην ἡ βασίλεια, λαὶ τέλεον ὁρθήν  
 Ευθράν προλιπόντες, ἀπύλθετε, λαὶ δὲ ἀσναχώρ  
 Καὶ σιολόπων ἐπλανᾶθε, βροτοὶ πάντας αδει, μαζής  
 Ρεμβίρην σηντίκην ἢ ἀφεγγάνην τολάντης (οε  
 Καὶ λίπετε σηντίκην νυνίσ, φωτὸς ἢ λαβεδεῖ:  
 6 Οὗτος ιδὼν παντοῖσι σαφῆς, ἀπλαύντος ὑπαγχεῖ,  
 Ελθετε, μὴ σηντίκην ἢ μισόπετε, λαὶ γνόφοροι αἰσι.  
 Ηλίας γλυκυνθόρης ιδὼν φάντας ἔξοχα λαέμωνες  
 Γνώτε ἢ οὐ—θίμονοι σαφίλεν σὺν τρίθεσιρύμαστροι  
 Εἰς θεός ἐστιν, βροχάς, αὐγέμας, σφραγίδας ἐπιπέμπων,  
 Λεγότας λιμὸν λαὶ λοιμούς, λαὶ πύδνα λυχά,  
 Καὶ νιφετός, κρύσαλλα, τί δὴ παθὲν ἐξαγορσώνω  
 Οὐρανὸν ἡγεταῖ, γάλης ηγεταῖ, αὐτὸς ὑπαρχεῖ  
 Καὶ πρὸ τὸς γεννήτης λεγομένος ἵψη:  
 Εἰ ἢ γονητόρης ὅλως λαὶ φέρεται, οὐδιάστη  
 Επιμηδῶρ μύτραστε θεὸς τετυκώμενος εἶναι.  
 7 Άλλας θεός μόνος εἰς παντέρτατος, οὐ πεισθεῖσον  
 8 Οὐρανὸν, μέλισματε, λαὶ ἀγέρας, καὶ τὸ σιδηνίλιν,  
 9 Καρποφόρον γαῖαντε, λαὶ υλατος σίδηματα πόνην,  
 Οὐρανὸν φύσοντα, λαὶ ἀστακας λαῦματα πηγῶν,

Τάχ

## Oracula.

35

Qui solus semperq; fuit, semperq; futurus,  
Non genitus, per se constans, tenet omnia semper,  
Et uiget in cunctis mortalibus. atq; uigorem  
Sensibus insinuat, communis luminis autor.  
Præmia sed prauæ mentis digna accipietis:  
Quandoquidem æternoq; Deo, ueroq; relitto,  
Cui decus, & sacro debetur uictima ritu,  
Manibus inferni fecisti sacra superbi.  
Insaniq; via recta ueraq; relicta,  
Erratis per iter scopolis & sentibus horrens.  
Definite in tetræ noctis titubare tenebris,  
Vani mortales: noctisq; nigrore relitto,  
Vtimini ( patet en cunctis errore sine ullo )  
Solis luce, suo qui lumine cuncta serenat.  
Atq; hoc pectoribus sapienter noscite uestris:  
Vnus, qui pluias mittit, motusq; notosq;,  
Est Deus: atq; fames, pestes, tristiesq; dolores,  
Atq; niues, glaciem, sed quorsum singula pando?  
Imperat & cœlis, & terræ præsidet. Ipse est.

De ijs autem qui generati dicuntur, ait:  
Quod si progenitū est, prorsum interit: exq; uirili  
Examineoq; nequit membro Deus esse creatus.  
Sed Deus est unus solus, reruinq; supremus,  
Qui cœlum, solem, stellas, lunamq; creauit,  
Frugifram terram, pontiq; fluenta tumentis,  
Excelsos montes, fontesq; perenne scatentes,  
Et sub aquis degens genus innumerabile gignit,

In hoc uer  
su diuina  
ui.

In simula  
cricolas.

c 2 Quæc

Quæq; premunt terram serpētia corpora nutrit,  
 Et uarias uolucres, seu balbas, siue canoras,  
 Stridentes, teneras, sulcantes aera plantis,  
 Et genus imposuit syluis agreste ferarum,  
 Subiecti; pecus nobis mortalibus omne,  
 Cunctorumq; ducem fecit diuinitus ortum,  
 Subiecti; uiro qua uel comprehendere non sit.  
 Nam quis hec ualeat mortalis noscere cunctas  
 Ipse sed hæc solus nouit, qui condidit unus,  
 Autor inextinctus, æternus, in ethere degens,  
 Et multo maiora bonis bona præmia reddens,  
 Iniustosq; malosq; ira poenitentes coercens,  
 Immitiens bellum, pestem, durosq; dolores.  
 Stirpitus, ô homines, cur insurgendo peritise  
 Non pudet in diuos, feles et bruta referre?  
 An non est rabies, cæcæq; insania mentis?  
 Tauros furantur diui, prædantur et ollas.  
 Quosq; polis edes aureas habitare deceret,  
 Hos carices, densisq; infestat aranea telis.  
 Serpentes colitis, stulti, felesq; canesq;,  
 Et uolucres, et qua serpent animalia terræ.  
 Et fabricata manu simulachra, et saxea signa,  
 Et pañim lapidum moles. hæc, uanaq; multa  
 Præterea colitis, que sunt turpisima dictu.  
 Talia sunt hominum stultorum numina falsa,  
 Quorum mortiferum distillat ab ore uenenum.

At cu-

Τόμπε ενύδρων πάλι γεννᾶ αὐτὸς θυμον πολὺ πλῆ<sup>1</sup>  
 Ερπετά ἐγ γαῖης πινδυονα Κυκλοφόρετε, (θεος:  
 Ροινίλατε μήλαινα λυγνεσθέα, τραυλίζοντα,  
 Ξουθά, λιγνυσοπέρφωνα, Ταράσσοντας ἀερά Γαρσοῖς.  
 Ερ ἐγ νόσπαις ὑρέων ἀλγίαν γενναν θέτο θηρῶν,  
 Ημίν τε πήγνυν υπέταξειν ταντα βροτοῖσιν;  
 Γενήτωρ δὲ οὐκτῆρα πατέσγυσειν θεότα συνίερ,  
 Ανδρὶ Λέπτεταξειν παμποίηλα καὶ δὲν πατάλητά;  
 Τίς γαρ σαέξιδυτασι θυτάνην γνῶναι γάδελλαπανία; 10  
 Άλλ' αὐτος μόνος οὐδεμὲν ο ποιήσας τάδε ἀπ' αεχάσ,  
 Αφθαρτος πῆγμας, αἰώνιος, αἰθέρα νούμων (αδόρε,  
 Τοῖς ἀγαθοῖς αἴγαθομ προφέρων πολὺ πλέονα μι-  
 Τοῖς ἐγκανοῖς, αἴδηνοις τε, χόλοις ήται θυμῷ ἐγγένων,  
 Καὶ πίλεμοις ήται λοιμῷ, ιδὲ ἀλγεα θαυμόστατα, f. λοιμῷ τα  
 Ανθρωποι τι μάτηται ίνθιμονοι ἐνεργεάδες; ηδὲ.  
 Αἰχθωθῆτε γάλας ήται πνώδαλα θεοποιοιότες,  
 Οὐ μενίνηται λόναι φροντῷ, ήται τε ἐποία φαέη; 11  
 Εἰλοπόδες πλέποσι θεοὶ, συλδοῖς ἐγχέρες, 12  
 Αντὶ ἐγνοίσυτα πόλορ παταποίσαν νάειν, f. ιτώσια  
 Σητόβρωτα διέλορε, πυνταῖς δὲ αράχνωις θεοίας - βαρε.  
 Γροσηιώντες θόρε, πιέας, αἰδηρέας αἰώντοι, (ταῦ,  
 Καὶ πετεεναὶ σεβεδε, ήται ἐρπετά θηράγαλης,  
 Καὶ λίθινα γέανα, ήται ἀγάλματα χεροποίητα,  
 Καὶ ἐν παρολοΐς λίθων συγχώματα; ήταντα σέβεδε, f. καφ:  
 Άλλα τε πολλὰ μάταια, ήτις ήται χρέομ πληρόσινειρ;  
 Εισὶ γαρ θεοὶ μερόσων πολούτορες αἴδηλων, f. οὐκκεθμα  
 Τῶν οὐδὲ ήται ἐν σόματες ηταντα θανατηφόρες ίός. τοις κατα.

38 Sibyllina

Οὐδὲ τινὶ γάρ τι, λαὶ ἀφείτο μάστιχος φῶς, 1

Καὶ μέλιτος γλυπτότερον αὐλεῖσθαι χρήματα

Ἐκπροσένει, τῷ δὲ μόνῳ αὐχενίᾳ πάμπτει,

Καὶ τέχνῃσιν αἰνεστίνησιν τὸν εἶδον.

Ταῦτα λαπονῆσιν ἀπαγγέλλει, σίκης μετόρτε πίνεταινος

Ζωρότοφορος, τελεφόνη, βιβλικημονίος, σῦν μάλα κρα-

τῆντες

Εἰλιντοῦ ἀφρόσινη μεντανίτι προσύμπατε παῖτες.

§. Κ' οὖν Καὶ δὲ θέλει ἐννῆψαι, καὶ σώφρονα πρὸς νέορα ἐλθεῖν,

Καὶ γράναι βασιλῆα θεόν, τὸν ταῦτ' ἐφεργάντα,

Τένενερ αὐθεμάντιον τορβός σέλας ἐρχετεί έφύματα,

Λαυπάται πανθύσειδεις δειπνῶντος, τὸν πανῆμαρ

Ψυνίστηρ αὐχενίσθετες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχγύγοις.

13 Οἱ δὲ θεῖρι τεμάντες ἀλιθινήρ, ἀσυναόρ τε

Ζώιν πληροειδέστικ, δὲρ αἴνωνις γρίνοντος αἵτοι

Οικουάτες παράδεισον ὅμως ὄρθινλέα καῖσον,

Δαινύμενοι γλυκὺν ἔργον ἀσθραυνθάσθροντος.



Ι Σ θεὸς ὁς μόνος αὔχει, ὑπόρμενος, ἀγενήτος.

Αλλὰ θεὸς μόνος εἰς πανυπέρτατος, ὁς πεποίηκον

Οὐρανὸν, πέλιόρτε, λαὶ ἀγέρας, ἥδε σελήνην,

Κερτοφόρον γαῖαντε, λαὶ ὑδατος τίθιματα πόντα.

Οι μόνοι ἐστὶ θεῖς ηγέτες, ἀνράτιτος ὑπαέχων,

Αὐτὸς σύρεξιν μορόπων μορφίντε τύποι τε,

Αἴγες μίξει, φύειν παντεμρυζούσεις βίέτει.

## Oracula.

39

*At cuius uita est, cuius lux illa perennis,  
Lætitia unde uiris dimanat dulcior omni  
Melle: cui ceruix omnis se subdere soli  
Debet, quiq; pijs ostendit quā sit cundum  
In uitam. hū inquam negleclis, inspienter  
Ingentem, magnum calicem, plenumq; merac  
Pœnarum haustis furiosis mentibus omnes.  
Nec sobrij uultis sanaxq; euadere mentis,  
Et nouisse Deum regem, qui cuncta tuetur.  
Propterea feruens ignis uos opprimet ardor,  
Semper & in flammis turpes ardebitis, omne  
Quandoquidem uanis statuis impeditis acuum.  
At quibus aternus colitur Deus, atq; perennis,  
Hi uitam degent quæ tempus in omne manebit,  
Floriferos hortos paradiſi semper habentes,  
Et dulcem cœli panem stellantis edentes.*



*N V S, qui solus regnat Deus, u-  
nus, & idem  
Non genitus: rerum summus, su-  
per omnia magnus,  
Qui cœlum, solem, stellas, lunam  
que creauit,  
Frugifera terram, pontiq; fluenta tumentis:  
Qui solus Deus est, incomprehensusq; creator.  
Hic hominum formam et speciem construxit, et idē  
Viuentem generis naturam miscuit omnem.*

Hactenus  
ex Theo-  
philo. Iam  
sequitur a-  
liud breui-  
us princi-  
piū, quod  
in his libris  
habebatur.

¶ 4 Narrat

**A**ggredior primo generis mortalis ab ævo,  
Vsq; ad supremum diuinè pandere cuncta:  
Quæ fuerint mundo, quæ sint, quæ deinde sequan  
Ob scelus humanum. Primū, quæ nā sit origo tur  
Mundi, dicere me Deus imperat. Ergo scienter  
Ne mea mortalis temnas præcepta caueto.

- Mūdi crea- \* Supremum regem, qui mundū condidit omnem,  
tio. Sic fatus, fiat: factumq; est. namq; locauit  
Quæ cingatur aquis, & cingat tartara, terram:  
Dulce dedit lumen: ccelum subuenit in altum:  
Et mare cœruleum explicuit: ccelumq; renidens  
Astrorum clara cinxit, densaq; corona:  
Et terram ornauit plantis: & flumina ponto  
Indicuit infundens: & miscuit aère uentos,  
Et pluvias nubes. Aliud genus edidit inde,  
Et commisit aquis pisces, uentisq; uolucres,  
Atq; fras sylvis hirsutas, atq; dracones  
Serpentes: breuiter, quæ nunc cernuntur ubiq;  
Hec fecit uerbo, & sunt protinus omnia facta,  
Et planē: siquidem perse parit ipse sua ui,
- Hominis Cœlum despiciens, perfecto deniq; mundo,  
creatio. Rursum finxit opus spirabile, namq; recentem  
Expressit, propria ducens ab imagine, pulchrum,  
Præstantemq; uirum, & uiridaria iuſſit amena  
Incolere, ut studijs operam nauaret honestis.  
Verum cum solus uiridantibus eſſet in hortis,

Collo-

## Oracula.

41.

ΕΚ ΤΟΥ ΡΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

**Α**ρχαιοτέρης γονεῖς μορόπων αὐθρώπων, 14  
Ἄγρις ἐπ' ἔχατίκσι προφητῶντα τὰ ἔναστα,

Οποστα πρὶν γέγονεν, πόσα δὲ ἔσεται, ὅποσα δὲ

Εστάθαι πόσμων, διὰ συνεβόρας αὐθρώπων, (μέλλει)

Γρῦποι δὴ πέλεται με λέγειν θεός, ὃς ἔγνωθεν 15

Ατρέπιως πόσμος, σὺ δὲ ποιπλεθντε πίφασι

Νοιωχέως, ἵνα μή ποτὲ ἐμὸν ἐφίζων χαμέλονται.

Υψίστοις βασιλέαι, διὸ ἐπίστους πόσμον ἀπαντα, πόσμον ἄστι.

Εἰπας γιναδώ, λικί γινατο, οὐδεκασε γαρ γικό, σις.

Ταρτάρῳ αὐφίσκαλον, λικί φᾶς γλυπτὸν αὐτὸς ἐδιπει.

Οὐρανὸν δὲ φωτε, γλωσσιν δὲ ἀπλασεις,

Καὶ πόλοις ἐσφάνθασεν, ἀλις πυγλαμπέσιν ἀπρο-

Καὶ γαῖαν πόσμοις φύσισ, πολαριοῖς δὲ πόντοι, (ισ.

Χανάκινος ἐπέρχασε, λικί δέ ει μῆτραν ἀντρας,

Καὶ νέρεας μερισόντης, τιθεις αἷρα λικί γενός ἀλλο,

Ιχθύας δὲ τελάγεσι, λικί ὅρνεις θάντερ αἴτιας.

Υλαῖς δὲ αὖθις πατοικόνχοντας, οὐδὲ οἰράνοντας

Ερπυγάσ, λικί πανθόστα πυλόδσεντα καθοράται.

Αὐτὸς τῶντα ποίητε λόγων, λικί πατέτε γέγνωθεν

ῶντα λικί ἀτρεπέως, ὅτε γαρ πέλεται αὐτολόχοντος,

Ουρανὸν καθοράν, ὑπαττεῖλεστο δὲ πόσμος, (έργον,

Καὶ τότε δή μετέπειτα πλάσσον πάλιν ἐμπνυον αὐθρώπου

Εἰπόντος ἐξ ιδίους ἀπομαράμενος νέον αὔλεα, κήσις.

Καλού, θεασέσιον, τὸν δὲ πέλεται παραδείσιον

Αμβροσίων κατέιμ, ὃς οἱ παλαιὲς ἐργα μεμήλη.

Αὐτῷ δὲ μονῆς ἐὼν παραδείσιον εἰθῆλει πόπια,

ε 5 πρός

Πρὸς λαλῆν πεθέσαι, καὶ μόχεῖσι σῖδος ἀθρῷσαι,

Αλλοῖσιν αὐτὸς ἔχει. τὸ δὴ θεός αὐτὸς αἴπερας

Εἰ λαπάρης τέττυ, ἐποιήσατο σὺν αὐτῷ τούτῳ

Καρδίου ἄλοχον. λίνὴ πόρον εἰ παραδέσσω,

Τέττυ σωμάτειρ, ὃ δέ μιν παῖσιδώμ, μέζα θυμῷ

. Θάνατός ἔχει, ἐξέλθεις πεχαρημένος, οἷος ἐράτης

λάσσεια. Αυτίνην μίμησα, σοφοῖς δὲ μάστιγο μύθοις.

Ιδόμενος δῆ - Αὐτοιμάρτοισι ρέσοι, θῶμα γαρ ταῦτα εἰ μεμήλει,

μάχη. Οὔτε γαρ ἀνηροίην νόρον ἐσμεπομ, οὔτε μηδὲν αἰδά

Εἶχον, ἀλλ' ἵσσαν πραθίνες ἀπαγγέλνεις ιπποῖο.

Καὶ ὡς βῆδες δὴ βινδυῖνον ἀπὸ σπονίασι.

Καὶ μετέπειτα δὲ τοῖσι θεοῖς ἐφέσμας ἀγορεύσας,

Δάξειν τὰ δεινάδηρα μὴ φάνσει, τοὺς δὲ μάλα αὐτὸς

σφίς. Εξαπάτησον δέ τις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθείρ

Τῷ φυλάττι, γνῶσιρ τε λαβεῖρ ἀγαθότε παιᾶν τε.

Αλλαγὴν δὲ πρώτην προδέτης τῆς γίνεται ἐπείνω,

Η μῶηρ, τέτοιη δὲ δολακὴ τάσθεσον αἱμαρτήρ.

Ος δὲ ἐπέεσσι γεωματὸς πεπαγμένος, ἐξελαθέσηρ

Αἴθανάττα μῆτρα, σαφέων δὲ ἀμέλησον ἐφετιῶν,

Τοῦντον αὐτὸν ἀγαθοῖο λάθον παῖνον οἷον ἐπερχεσθαι.

Καὶ τότε δὴ γλυκοφύτης συνῆται τέτταλ' εἰ μείζαντες,

Εθῆται τούτους, ἐπειδὴ θλοῖσιν ἐθνικά.

Μῆδεστ τὸν μεγαλύτερον, ἐπεὶ σφίσιν πάντοις αἰδώς.

al. σύνθετο, Τοῖσιν μὲν ἀθανάτος πότοι τὸ ἐκθέτο, πάθειαλον ἐξω

μένθαλον. Αθανάτα χώρα, τόδε γαρ τετελεσμένην ἡν,

f. Εἰ θυτῇ, τὸ θυτοῖς εἰ χώρα μέντοι, ἐταί θνέφελοισιν

Αθανάτος μεγάλοιο θεόλογομάρτιοντες.

Colloquium optabat, proprioq; uidere uolbat  
 Consimiles uultus. igitur Deus ipsius eius  
 Ereptam lateri, formosam condidit Euam:  
 Vxoremq; uiro propriam coniunxit, ut und  
 Degeret. hanc simulac uidit, proprieq; notauit  
 Exemplar formæ, stupuit simul, atq; recentem  
 Hauiſt lœticiam: tum docte farier uifit,  
 Verbis sponte sua manantibus, omnia quando  
 Curabat Deus:

Nam neq; uelabat mentem laxata libido,  
 Nec pudor ullus erat: sed prava mente carbant,  
 Luce palam uulgò cocentes, more ferarum.

Defunt A-  
dami uer-  
ba.

Illis dein deus tradens precepta, cauendum  
 Arboris ostendit gustu. sed peſsimus illos  
 Decepit uafre serpens, ut mortis abirent  
 In fatum, scirentq; bonumq; malumq; quid effet.  
 Sed mulier primò proditrix extitit illi,  
 Que dedit, ignaroq; rei peccare suscit.  
 Ille quidem audita persuasus coniuge, patrem  
 Aeternum oblitus, spruit clarissima iussa.  
 Hoc ergo peperere sibi mala, non bona, factio.  
 Ac tum mellite ficus felix contextis  
 Vester fecerunt, quibus obtexſere pudenda  
 Impositis inter ſe, cogente pudore.  
 At pater aeternus factio succensuit illo,  
 Deicxitq; loco immortali, quatenus aquila  
